

6. Vorlesung (31.5.2012)

1) Brevis repetitio Latina: De Martialis epistula et libro primo

2) Weiter auf den Spuren von Catulls *passer* durch Martials Epigrammcorpus

Mart. 1,109

<p><i>Issa est passere nequior Catulli, Issa est purior osculo columbae, Issa est blandior omnibus puellis, Issa est carior Indicis lapillis, Issa est deliciae catella Publi. 5 Hanc tu, si queritur, loqui putabis ; Sentit tristitiamque gaudiumque. Collo nixa cubat capitque somnos, Ut suspiria nulla sentiantur; Et desiderio coacta ventris 10 Gutta pallia non fefellit ulla, Sed blando pede suscitatur toroque Deponi monet et rogat levari. Castae tantus inest pudor catellae, Ignorat Venerem; nec invenimus 15 Dignum tam tenera virum puella. Hanc ne lux rapiat suprema totam, Picta Publius exprimit tabella, In qua tam similem videbis Issam, Ut sit tam similis sibi nec ipsa. 20 Issam denique pone cum tabella: Aut utramque putabis esse veram, Aut utramque putabis esse pictam.</i></p>	<p>Issa ist noch frecher als Spatz-Catullus, Issa ist noch reiner als Bussitäubchen Issa ist noch süßer als alle Mädchen, Issa ist mehr wert als die Indersteinchen, Issa ist das liebste Hündchen von Publius. Die wirst du, wenn sie klagt, für sprechend halten; Spürt sie doch jede Traurigkeit und Freude. An den Hals geschmiegt liegt sie und wird schläfrig, aber so dass man ihren Atem nicht spürt; Unterliegt sie dem Drang und Zwang des Magens, hat kein Tropfen die Decken je getroffen, Streichelnd mit dem Pfötchen weckt sie, vom Polster will sie weg, bitte, und, bitte, wieder rauf dann. Keuschheit, solche Scham steckt in dieser Hündin, unbekannt ist ihr Venus, unauffindbar ist ein würdiger Mann für dieses Mädchen. Dass sie nicht ganz weggrafft ihr letztes Stündchen, bildet Publius ab sie im Gemälde, auf dem sieht man ein Bild, so ähnlich Issa, dass so ähnlich sie sich nicht einmal selbst (ipsa) ist. Issa setze nun neben das Gemälde: Beide hältst du entweder für die echte oder du hältst beide für ein Gemälde.</p>
---	---

Praetext: Catull Carmen 3

<p><i>Lugete, o Veneres Cupidinesque, et quantumst hominum venustiorum! passer mortuus est meae puellae, passer, deliciae meae puellae, quem plus illa oculis suis amabat: nam mellitus erat suamque norat ipsam tam bene quam puella matrem, nec sese a gremio illius movebat, sed circumsilens modo huc modo illuc ad solam dominam usque pipiabat. qui nunc it per iter tenebricosum illuc, unde negant redire quemquam. at vobis male sit, malae tenebrae Orci, quae omnia bella devoratis: tam bellum mihi passerem abstulistis. o factum male, quod, miselle passer, tua nunc opera meae puellae flendo turgiduli rubent ocelli!</i></p>	<p>Trauert mit, ihr Venus- und Liebesfreunde, was es gibt auch an Menschen, die sich lieben, Spätzchen ist gestorben bei meinem Mädchen, Spätzchen, Lustspielzeug meines lieben Mädchens, das noch mehr als ihr Augenlicht sie liebte: Zuckersüß war er nämlich, kannte seine Frau so gut wie ein Mädchen seine Mutter, wollte nie dem Schoß seiner Frau entweichen, tanzte wild herum, war bald hier, bald drüben, ganz allein dem Frauchen galt sein Gezwitzcher. Spatz geht jetzt auf dem Weg der Finsternisse dorthin, von wo niemals jemand zurückkehrt. Du seist jetzt verflucht, schlimme Finsternis des Orcus, die alles Schöne du vernichtest: So schön war das Spätzchen, das du mir wegnimmst. Ganz schlimm ist, dass, du armes Spätzchen, deinetwegen bei meinem lieben Mädchen tränen geschwollen sind die roten Augen.</p>
---	---

Mart. 4,14

<p><i>Sili, Castalidum decus sororum,</i></p>	<p>Mart. 7,14</p>
---	-------------------

<p><i>Qui periuria barbari furoris Ingenti premis ore perfidosque Astus Hannibalis levisque Poenos Magnis cedere cogis Africanis: Paulum seposita severitate, Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc et hinc fritillis Et ludit tropa nequiore talo, Nostris otia commoda Camenis, Nec torva lege fronte, sed remissa Lascivis madidos iocis libellos. Sic forsitan tener ausus est Catullus Magno mittere Passerem Maroni.</i></p>	<p><i>Accidit infandum nostrae scelus, Aule, puellae; Amisit lusus deliciasque suas: Non quales teneri ploravit amica Catulli Lesbia, nequitiis passeris orba sui, Vel Stellae cantata meo quas flevit Ianthis, Cuius in Elysio nigra columba volat: Lux mea non capitur nugis neque moribus istis, Nec dominae pectus talia damna movent: Bis denos puerum numerantem perdidit annos, Mentula cui nondum sesquipedalis erat.</i></p>
---	---

Mart. 11,6

<p><i>Unctis falciferi senis diebus, Regnator quibus imperat fritillus, Versu ludere non laborioso Permittis, puto, pilleata Roma. Risisti; licet ergo, non vetamur. Pallentes procul hinc abite curae; Quidquid venerit obvium, loquamur Morosa sine cogitatione. Misce dimidios, puer, trientes, Quales Pythagoras dabat Neroni, Misce, Dindyme, sed frequentiores: Possum nil ego sobrius; bibenti Succurrent mihi quindecim poetae. Da nunc basia, sed Catulliana: Quae si tot fuerint, quot ille dixit, Donabo tibi Passerem Catulli.</i></p>	
---	--

3) Martials Buchstrukturierung als Wechselspiel von Variation und Sequenzierung am Beispiel von Buch 2

a) siehe die Synopsen zu Vorlesung 4 und 5

b) Der „Postumus“-Zyklus als Musterbeispiel (vgl. dazu Craig Williams 2004, 55):

Mart. ep. 2,10; 2,12; 2,21-23

<p>2,10 <i>Basia dimidio quod das mihi, Postume, labro, Laudo: licet demas hinc quoque dimidium. Vis dare maius adhuc et inenarrabile munus? Hoc tibi habe totum, Postume, dimidium.</i></p>	<p>2,12 <i>Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia murrum Quodque tibi est numquam non alienus odor? Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper: Postume, non bene olet qui bene semper olet.</i></p>
--	--

<p>2,21 <i>Basia das aliis, aliis das, Postume, dextram. Dicis 'Utrum mavis? elige.' Malo manum.</i></p>	<p>2,22 <i>Quid mihi vobiscum est, o Phoebe novemque sorores? Ecce nocet vati Musa iocosa suo. Dimidio nobis dare Postumus ante solebat Basia, nunc labro coepit utroque dare.</i></p>
--	--

2,23

*Non dicam, licet usque me rogetis,
Qui sit Postumus in meo libello,
Non dicam: quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes,
Quae se tam bene vindicare possunt?*